sincopi habent conturbationem et inflationem
aut accidit ex sudore vehementi oportet quod detur
illud quod datur ut infrigidetur. Et si sit in eo in q
quietis calefactio. Et ex eis que conferunt ei
est ut in potu sumat aquam carnis fortis
decoctionis cum admixta sit decima sui de
vino odorifero et aliquid de vitello ovi. Et
de succo malorum dulcium aut mingorum aut ace
tosorum secundum quod exigit dispositio. Si autem in fri
gus cadens in ipso calefactionem et fuerit an
sius dare ei in potu vinum da ei ad potandum
lac acetosum infrigidatum in quo sit contritus pu
mus de simula. et da ei in cibo species acetosorum
fructuum cum succis fructuum. Quod si videris sinco
pim invenit frigus cum ea aut post eam aut
cum in potu fuerit infrigidancia et ipse insensibilis
da ei ad potandum vinum cinamomi et piperis ipsum
et absinthium. Et quando curatio facit necessarium
ut fiat minuificatio et times nocumentum eius
oportet ut conforte stomacum et incipe in hoc cum eo quod est
sicut sirupus de absinthio decoctus cum
melle et ad mistum cum illa conforta stomacum
predicta et ad bibendum da vinum odoriferum propter
illud et cibo alio laudabili. Faciet vero in prin
cipio febrium et cum aportamentum curam dicemus ubi
dicemus curam accidentium febrium et premit
oportet ut frices extremitates eius et calefacias
et stringas et non sub inguine ut eius et
minuat et prohibeatur a comestione cibi et vino et
medicetur sompnus nisi sit quod in principio sin
non accidat nisi propter debilitatem. Et quicumque
eorum qui sincopim patitur indiget cibo
oportet ut detur ante proximum duabus horis aut
tribus cibus. et sit cibus saniter decoctus in
frigidatum et panis cum aliquo quod habet puram ace
tositatem et nature attrahit vaporem bonum
Et si fuerit illic constrictio ventris sumat pulpas
cibus qui lenificat sicut sunt cassiafistula et si
liqua eis et sirupus de malis cum oximelle
est iuvativum in huiusmodi. quod si necesse fuerit uti
cibis suaviantibus sint sicut aqua carnis
cum vitellis ovi et sorbiciis cum medullis panis
et in aqua carnis quoque necessarium est ut admis
ceatur cum aliquantulo vino. Si autem necessitas
illorum fuerit adhuc ut conforte stomachum tunc
oportebit ut admisceantur eis rob et succi
fructuum odoriferorum in quibus est stipticitas
si in hora potus necessarium est vinum. Sincopi
aut fuerit ab accidentibus animalibus succurritur
tantam cum eo quod ante dictum est ex odoribus bonis
et constrictione nasi et vomitu et fricatione ex
tremitatum. et stomaci et ablutione eius cum aqua

calida. et sicut mea cortelle et vino infrigida
to aut calefacto secundum quod scis. Et si sincopis
est ex commixtione colere citrine oportet ut sit
vinum permixtum. et similiter sincopi ex dolore. et
Et nos quidem dicemus illud quod proprium est colice
in capitulo suo. Et plurimum quidem sincopis
que accidit successione flegmonie accidit stomacho
et hiis venis subtilibus et stomacum debilem
aut corpora in quibus dominatur colera citrina
Et ei qui non consuevit uti flegmonia. Et oportet
ut isti ante flegmoniam in potu sumat aliquid
de rebus confortantibus stomacum et cor. Et qui ca
dit in sincopim fiat illud quod diximus. Et sumat
in potu vinum mixtum infrigidatum confortans
stomacum eorum et conservans eos et ipse cum succo alio
Et oportet ut dicamus de eius quod qui eget cura
tio in sincopi stipticis ut prohibeant evacuatio
nes et confortent membra mollificata ad in
vaniendum ad resolvendum et ut stringant ante eos
stomachi et non recipiat illud quod provenit ad ipsum
et eget contrario penetrantibus aliquibus penetran
tibus ad nutriendum spiritum sicut est vinum et alia
sunt prohibentia operationes. oportet ergo ut discer
natur inter administrationem utriusque dispo
nitur administret itaque stipticum in hora sana
tionis. aut postquam administratur aliud reci
piendo ad hoc ut nutrificet virtutem. Cuique
ipsa iam in pressione mea fecit et superest in
inficiatur. Et administratur secundum in hora necessita
tis velocis ad nutrificandam virtutem. et non
permittas stipticum super illud et prohibeat pene
trationem eius. Et quando necessitas provocat ad
illud quod est fortioris iuvamenti quia vinum
et ipse cum sincopis est a fumo aut resolutione
plurima et quando fit ut cum vinum purum super ve
niat corporibus eorum multiplicat in eis et fiat
propter istam conversionem intellectus et spasmum
tunc non est eis nisi aliquid conveniens ut aqua
carnis conveniens predicta cum vino puro et succo
pomorum aut acetosorum aut dulcium secundum quas
res. et cum non est quod prohibeat tunc melius est
ut ponatur in ipsa que sunt sicut. gariofilus et muscus
cum. nam stomachus est magis recipiens eam. et cor
stomachi cum ea vehementius iuvatur et cor magis
attrahit ipsam. Et quoque est necessarium est ut disso
luas panem similagineum in eo quod facit ipsum
sorbere cum spatium cibo longinquum est. et fri
catio extremitatum et constrictio eam. et similiter exci
tatio motus confortat omnem sincopim nisi cum est a su
dore et similibus eis propter que movetur spiritus ad
exteriora. isti enim sedatione magis indigent
et non oportet ut moveantur aut vomant. aut lige
tur. Et ex eis que faciunt eos vomere est aqua
tepida cum unguento. aut cum oleo de olivis. aut
mixta cum vino. Et oportet ut calefacias stomacum
et que sequuntur ipsum ante fricationem extremita
tum eam ut facilius fiat vomitus. Et scias
quod fricatio extremitatum et calefactio eam et
aromatizatio oris stomachi cum unctionibus bonum
odorem sicut est oleum nardinum et calefacientia
sicut sinapis et piretrum convenientia sunt val
de ei cuius sincopizatio est ab evacuatione sangui
nis aut huiusmodi aut repletione in eis pluribus
quibus adest sincopis cum non est motus humorum
ad exteriora. Et oportet ut ligentur extra eorum et
adiutoria ipsorum in cibis continuis et fricentur
et separata illud ideo quod necessarium fit oppositum pre
vaticatio. et ista quidem iuvant constrictione
assellarum et irroratione aque frigide et fricatione oris
stomachi. Et similiter omnis sincopis qui est ab evacuatione
et cum vino commixto nisi aliquid prohibeat a vino si
cut apostema aut humor non maturus aut so
lutio ventris. aut soda. Et si in aliquo magni
ficatur necessitas confortandi ipsum da ei in potu
vinum et non timeas et illud quod est in sincopi debili

Et balneum quidem conveniens est ei cum advenit sincopis ex diarria et colica passione. Et si accidat sincopis propter fluxum sanguinis est nocumentum valde. Et similiter si accidat propter sudorem plurimum et balneum est conveniens ei cum invenit ex nocumentis inflationem in ore stomachi. Si autem est propter debilitatem oris stomachi tunc oportet ut administrentur super eum emplastra confortativa sicut illud quod fit ex mastice et citoniis et sandalis et croco et lilio cum vino quoniam valde confert fricatio extremitatum et constrictio earum. Et sincopi quidem factam ex fame quandoque sedat pondus panis. Et potissimo sincopis siccitatis aut siccitatis nature oportet ut succurratur cum bucellis panis in aqua granatorum aut sirupo de malis. Et quandoque necessarium est in egritudinibus acutis propter sincopim dare in potum vinum. Et magis conveniens est insipidum. Et patientes quidem sincopim prohibeantur vigilare et dimittere locutionem.

Hoc plurimum contingit ubi non est dolor neque solutio ventris neque apostema magnum neque evacuatio magna. Et non est nisi propter humores currentes. Et ideo quidem contingit ut sint illi humores sanguinei. Sanguis enim dum non facit actionem est plus aliud accidens et non succurritur cum extractione eius facit accidere casum virtutis subito. Illud autem quod sepius ut sit cum humores crossi mixti in venis opilantes vias anhelitus. Et scias quod casus virtutis quandoque sequitur sincopim. Et quandoque est initium sincopi ubi virtus non destruitur nisi nervus aut lacertis ipsis existentibus ab ea vacuis quare homo fit non motivus neque removetur a situ sicut in dormitatione sua nisi cum labore. Et tamen illud est accidens eius quod diximus. Nam cum vehemens fit facit cadere virtutem integre. Et si non fit vehemens facit cadere virtutem nervorum et lacertorum. Et multotiens quandoque fit propter debilitatem humorum in crisi sua et quandoque ipsi ... resolutionem et precipue in febribus. Et istorum quidem operationes sensibiles sunt non lese quamvis non sunt tollerabiles cum multiplicantur et iterantur.

Casus virtutis subito propter

Cura. Cura istorum prima est cura patientium sincopi. Eius namque cura que est ex repletione sanguinea est flebotomia. In ea vero que est causa alicuius aliorum humorum grossiorum oportet ut succurratur patienti in ipsa hora cessationis evacuatio cum eis que sunt sicut yere. Et quandoque sufficit yere pigra cum aqua composita sunt turbit et sal indus et agaricum et epithimum et que sunt similia eis. Et quandoque medicatur cum scamonea. Scamonea namque est ex eis que adiunguntur medicinas alias. Et oportet quidem ut administres ... et assidue receptionem confortantium cor et odoramentum eorum. Et fricatio quidem extremitatum est ex eis que vivificant calorem innatum secundum quod reiteravimus eius rememorationem. Et utatur post illud exercitio temperato. Cibus non sit ille qui subtiliat et incidit sicut aqua ciceris cum sinapi et oleum de olivis et oleum amigdalinum. Et demum quidem utantur subtiliter et utantur balneo post evacuationem et inungatur oleis vivificantibus calorem innatum subtiliantibus. Deinde utatur post balneum vino puro et sirupo de melle et sirupo absinthio et similibus illis. Cumque incipit vivificari oportet ut recipiat cibos confortantes vel ... digestionis et tu quidem scis illud ex eis que dicta sunt. Et scias quod virtus augmentatur ... et vino subtili ... et odoribus bonis et tranquillitate et gaudio et dimissione eorum que contristant et ... et renovatione rerum amabilium et ... cum dilectis. Regimen eius igitur apparet.

Apostema quidem signa ad ... apostematis cardiaci cordis quod fit apostema tunc ... efficit aut inficit ... illud non quod apparent tremor cordis ... et inflatio vehemens et signa ... est secundum ... patientis. Et ... flebotomia basilice et quandoque ... evasione cum flebotomia arterie in inferioribus corporis et fricatione pectoris cum ... et emplastra super apostema.

Fen xii. de mamilla ... de anothomia mamille

Mamilla est ... membrum ad generandum lac ... mille. ... natura ... quo confirmetur et crescat eius virtus et fiat conveniens ad digerendum cibum forte solum. Et ipsa est corpus compositum ex venis arteriis et nervis ... que existit vacuitas quam replet glandosa albi coloris cum non est sensus. Et propter suam albedinem cum assimilatur ei sanguis albificatur illud quod venit ipsam et albificatur illud quod superfluit ab eo et fit lac. Et eius quidem comparatio ad lac generatum ex sanguine est comparatio epatis ad sanguinem generatum ex chilo ... quod ... ad similitudinem suam in ... et colore ... ubi fiat ... album et fiat ipsum sanguinem. Et mamilla albificat sanguinem rubeum et facit ipsum lac. Et vene quidem et arterie et nervi ... mamille ... ad ... et ... plures. Communitas autem mamille cum matrice in venis in eas ... est ... quia ... de ... venarum. De exuberatione lactis.

Scias quod lac multiplicatur ex multitudine sanguinis boni et quod minoratur tunc causa est diminutio causa sanguinis aut penuria bonitatis eius. Et causa impuritatis sanguinis aut est ex parte matricis aut ex parte complexionis. Et illa que est ex causa matricis est quoniam est ... aut est ... generationem sanguinis ab eo propter siccitatem suam et frigiditatem superfluam aut est iam conversus ad partem aliam scilicet fluxus sanguinis aut apostematis aut aliorum. Ex parte vero complexionis quoniam est complexio corporis aut mamille exsiccativa humiditatem cum passione non generatur ex ea sanguis aut propter superfluitatem acetositatis eius et elongationem eius ab equalitate convenientie sanguinea aut aliud. Et cum que consumit ... sanguinis et corrumpit illud et degenerat ex ea quare non est conveniens ut generetur ex ea sanguis lactis cum lac non generetur nisi ex sanguine bono est ... ... scilicet colere aut flammatis aut melancolie. Et declaratio quidem colere est in citrinitate coloris lactis et subtilitate eius et acuitate ipsius. Et flammatis declaratur in vehementia albedinis eius et acetositatis ipsius et declinatione eius ad acetositatem in odore et sapore suo et melancolie in vehementia spissitudinis eius et paucitate ipsius et in multitudine fortitudinis eius non elongatur quin sit ... quod sanguis propter vehementiam ... sue ... operi nature quare non ... ab ea et accidit nature defectus in convertendo illud propter ... quia facit ipsum. Et hec est ex eis quorum signa non sunt recta.

Et cum accidit ex ... lactis et spermatis ut ... fiat quod sit sanguis quamvis sit exuberans non laudabilis sive neque conveniens ad hoc ut generetur ex eo lac ... Et est illud quod generatur ex eo de lacte in laudabile et postea ... tunc ... ... Et scias quod omne quod exuberat fit ... in pluribus corporibus lac sicut et ... papaver et ... et ... et similia. Et cum ad illud quod existit ... et minorat ipsum et ... generationem eius minorat lac etiam fit

semen canabi. Et cum causa impinguationis lactis est paucitas cibi in lactante, multiplica cibum et fac delectari ipsam. Et fac ut ipse sit de genere calidi et humidi laudabilis chimi. Et quando est causa corruptio cibi, rectifica ipsum et reduc eum ad genus predictum. Et quando causa est multitudo exercitii, minora ipsum et fac delectari. Et si causa in ipso est paucitas sanguinis propter fluxum sanguinis et similia, retine ipsum. Et si est eius fluxus in inferioribus, ad superiora. Et si ipsius fluxus est in superioribus, ad inferiora. Quod si eius causa est corruptio complexionis, pone cibos oppositos illi complexioni cum essentia exuberationis chimi. Et si fuerit causa humor corruptus, diuersa euacua eum eo quod corrumpit humorem. Et post cibum mulieris coloretur complexio illud quod declinat ad frigiditatem et humiditatem. Et ex eis que conferunt eis est aqua ordei cum iulep. et etiam seis cannellorum pugillus et semen cuminis et acceptio cerebellorum et potus lactis uaccini et caprini et pisces aradiradi et caro edina et gallinacia impinguata et sorbitiones facte ex tisanis ordei cum lacte et nucis malucarum ortulanarum. Et pone regimen earum que flant complexionis existunt ex cibis et medicinis in quibus est calefactio in ipso et hoc cum humectatione et pauca exsiccatione. Et ex his quidem que sunt primus et pauce et feniculum et anetum et apium humidum absque sicco, quoniam est calefactiuum et exsiccatiuum; et sorbitiones facte ex farina tritici cum fenugreco et feniculo. Et quando lac egreditur filosum propter grossitudinem suam et siccitatem suam, tunc cura est embrocatio cum eo quod humectat ualde et acceptio humectantium similium in spermate. Et mitte regimen complexionis secundum medicinas et cibos in quibus est superfluitas calefactionis propinqua ei quod diximus et inuestigatio ultima. Et cognosces secundum genus mulieris dominantis et rege secundum ipsum. Et ex medicinis quidem reparatiuis facientibus lac exuberare est ut sumatur de selel [filio] apii .xxv. ʒ. de foliis feniculi .xx. ʒ. et de fusticasia .xv. ʒ. et de tritico fracto .xxv. ʒ. et de ciceribus excorticatis et de ordeo albo mundo equaliter de unoquoque .x. et octo ʒ. et fiseis magnis .x. numero. bulliant in .xxv. libris aque usque quo redeant ad .viii. libras et minus. et sic quod inde bibit .v. ʒ. cum media ʒ. olei amigdalarum dulcium et ʒ. una et media zuccari tabarzet. Et pisces salsi sunt ex eis que exuberare faciunt lac. Et ex medicinis facientibus lac exuberare est ut sumatur farina sisami et dissoluatur in uino puro et coletur et bibatur colatura eius et emplastretur mamilla ex fece ipsius. et sumatur ex mezeroribus melongie pondus medii caficii et glutet in aqua uehementer donec dissoluatur deinde commoue uehementer et coletur et accipiatur de colatura eius et ponatur super ipsum ʒ. i. butiri et bulliatur. aut sumatur infusio cicerum et bibat ieiunus diebus continuis. Et simile sit eius infusio in lacte et aqua ordei cum melle aut iulep. aut sumatur seis kafufu pondus .i. aureorum de ptesis .ii. cum potus sit kimati .i. cum aqua calida. aut sumatur in potu de pillulis nedinis ʒ. ii. cum uino. Et ex medicinis quidem bonis est sumatur butiri uaccini ʒ. i. et uini cadus magnus detur ad bibendum ieiunio. Et minimi papaueris rufi et folia eius decocta cum tritura ordei super sorbendo. aut sumatur ex plantaginis et fursur et bulliat in uino et coletur uinum illud et colatum bibat. aut sumatur semen papaueris assi cum sanich equalibus partibus cum oximelle. aut rob pro qua infusa fuerint in quibus earum tribus diebus. nam illud melius est. Et quandoque in potu datur nigella cum aqua mellis. aut sumatur seis anetum et seminis porri et seis andacolke olium an. ʒ. i. et seis fenugreci et seis sasafasa, partes equales misceantur succo feni et bibantur. et si misceatur cum melle et butiro est melius. De mi-

[L]ac quando superfluit nocumentum lactis et plurimum plurimum nocet et de exuberationes eius apparet et affert et egritudines. Et superflue propter quod aggregatur lac in mamilla absque pregnatione et propterea quando retinentur menstrua querit eum natura que non inuenit cibum, expellendi per matricem propter puritatem ipsius, ponit in ubere et fit lac in corporibus uirorum et propterea in pupillis ita ut tumideant mamille ipsorum et cum quandoque iam scimus in hiis quorum rememoratio tibi preterita est causa plenitudinis lactis et illud quod plus attendit mea est omne quod exsiccat uehementer cum siccitatis aut uehementia resolutionis et calefactionis. et omnia que infrigidant et humectantia que sunt uehementis humectationis et minorant sanguinem flauorum. et de his medicinis minorantes sperma sunt minorantes lac. Ille autem que ex eis sunt frigide sunt sicut semen porcellaris et lentes et [illegible] cum aceto. Et ex eis que liniuntur sunt succus arboris psillii et mucilago eius quando retinet et stupefacit et farina fabarum cum oleo rosato et aceto. Calefacientes uero sunt sicut ruta et semen eius et propter menta montana. et sicut alfelenge misse et semen cimini et dosis eius ultima est usque ad .ii. ʒ. Et illud quod uerius est de [illegible] est quod ipsum minorat lac quamuis dicant quidam quod facit ipsum exuberare et cimini propter [illegible] exsiccat lac etiam. Et est ut ex eo fiat epithima cum aceto et ex epithimatibus quibus est illud quod fit de armoniaco et uino. Epithima bonum sumatur modicus cumini et teratur et fiat ex eis emplastrum. aut sumantur farina lentium et fabarum et ciceris et [illegible] et sal et fiat ex eis epithima. Cum aqua frigida. et quandoque fiat linimentum cum aqua frigida. et si fiat linimentum cum succo fenigreci cum lacta et lithargirio et oleo rosato. Et ex eis quod prodest cursu propterea est ut liniatur mamilla cum [illegible] marino contrito aut cancro fluuiali ad [illegible].

[Q]uando quoque lac coagulatur **De coagulatione lactis in mamilla.** coaguletur in mamilla propter caliditatem exsiccantem. Et tu quidem scis ex eis quorum rememoratio preterit tibi signa eius [illegible]. Et ex medicinis aut prohibitione coagulationis sunt linimenta facta cum cera in quibusdam oleis subtiliatiuis sicut oleum calkeri et oleum de menta et similia. Et epithima cum menta trita [illegible] de panis. Et epithima super calidum factum ex [illegible] et ex mucilaginibus frigidis et oleis frigidis et cera colata. Et coriandrum humidum et [illegible] ualde iuuatiua sunt in hoc emplastrata et ex medicinis resoluentibus coagulationem calidam est acetum cum aqua salsa cum oleo rosato et calefactum liniatur desuper. aut folia solatri contrita quibus fiat emplastrum. aut folia alkekengi et folia solatri. aut folia caulis. aut succus eorum. et propter quando cum eis miscentur mica et aceti. Et item aceti uini et oleum rosatum et parum fenugreci et fit ex eis epithima. Et ex medicinis resoluentibus coagulationem frigidam est assiduatio embrocationis [illegible] cum aqua. et prohibent eius [illegible] de feniculo et semine feni. et omnes species quibus [illegible] lac que sunt de eis in quibus coquitur camomilla et anetum et balsamita et fenugrecum et abrotanum et castoreum. Et ex oleis oleum de lilio et oleum narcisinum et oleum de costo. Et ex medicinis reparatis bonis est ut sumatur puluis de simula et farina ordei et eruce et fenugreci et cimini et semen lini contritum in uino

quasi quantum una manus clausa continet et fiat ex eis emplastrum. Et ex eis quidem que conferunt apostemati post casteationem est ut supponatur spongia infusa aqua et aceto tepidis aut micta cum pane aggregentur cum aqua et aceto et mica et aceto et pane est bona. et marchasita contrita similiter plurimus cum oleo ro. et albugine oui. Et ex eis que aperiunt opilationem lactis in mamilla est ut liniantur cum cimolia aut ex miria cum aqua calamintis et aquarum. et ex farina ciceris et foliis lauri et semine apii et cimino nabati. et cardamo. cum aqua virge pastoris. Et similiter aqua sicle et tritici et nigella et cantarides cum felle bouis. aut sumatur mel storacis cal. et misceatur cum oleo viol. et fricando iungitur ex eo mamilla. quoniam resoluitur cum eo casteatio et apostema. Et sorbeatur aqua caulium qui est iuuatiua ad hoc. De congelatione

Sumatur sicla et decoquatur tamdiu donec dissoluatur deinde coniugantur cum me ... et ex ea dulla panis et fabarum et oleo sisa... aut emplastretur cum pane et uino et supponatur. aut emplastretur cum pane et cibaria que nominatur baldricos humida cum cera et oleo ro. aut cera et aqua et oleo cum melle et uino aut rub. Iteretur emplastrum cum quacumque fuit in die bis aut ter. Et similiter sisamum cum melle et butiro. et si misceatur cum ea farina tritici cum furfure aut farina fabarum est iuuatiuum. Et euaporatio cum aqua calida et inclinatio mamille super vaporem eius et precipue qui decoquitur in ea semen lini et fenugreci et cuscute et semen cicutinis et camomilla et embrocatio cum ea et est iuuatiua ei que non tollerat grauedinem emplastri. Quod si accidat cum hoc egritudo iuuatur cum hoc emplastro. sumantur mes. et intiora passularum et conterantur et confitiantur cum aqua sidre et aqua alcitil. Et qui casteat sanguis in mamilla assidue fiat eius iunctio cum oleo violato deinde fundatur super ipsam aqua calida. deinde emplastretur cum emplastris predictis in principio huius capituli. **Apostemati mamille calide**

In principio quidem, **liter et dolores loci mamillaris** coadministrentur repercussiua. Coagulata misceatur cum eis panis de sibaliatinis. Et illud quidem est sic uaporatio cum aceto uini cum aqua calida. aut puluis oleo ro. et farina fabarum cum oximelle et folia solatri cum oleo ro. Et quando pertransierit initium parum. curentur cum emplastris dictis in ca. extensionis et congelationis sanguinis. Et ex eis que sunt bona ultime ut sumatur farina fabarum et melliloto cum contrita et olibano sisamini et fiat ex eis epithima cum aqua dulci. Et item panis contritus et farina ordei et fabarum et assa fetida. et fenugrecum et cuscute et uitellus oui et cardui et murtu sumatur et fiat ex eis emplastrum. Et etiam fiat epithima ex semine lini et aceto Et in hoc quidem resoluitur sic sen. ad apostema mamillaris et est locus ubi timetur pleuresis quare ingenia ut aggreges psilium et pone ipsum super caput apostematis non maturatum ipsius et pone maturatum in ferior eius sine butiro adoge. Et non uaporet in principio doloris et resoluatur subtile et remaneat grossum quod est curi. Et quando dolet capud mamille fiat flomia et embrocatio cum eis que sunt sicut sandali et acacia ita ut non accidat cancer. **Apostemati mamille siue flegma**

Confert eis ut teneatur apium **ca. subrubei**. et ponatur super ea aut camomilla. **Duri**

Si aut declinat apostema **acies mamille et nodi** apparens in mamilla **et glandule et c(ontinu)e** adduritie, tunc ex eis que **cum excorticationis** conferunt in principio est ut **pille maxia apud pubertatem**

emplastretur cum risi infuso in uino aut commixto cum cerato facto ex oleo viol. et uitello oui et dia gragante. Quod si apostema fiat durum liniatur cum cerato facto ex cera. oleo ro. et alkitran et aqua camphorata. Et quandoque ponitur ungento fel bouis et quandoque medicatur cum foliis grallarum et oleo. Et ex eis que conferunt est fex decocti uini ueteris aut fex aceti ex qua liniatur. Nodorum aut et glandularum in ipsa melius medicamen est ut sumantur folia porri humida et folia rute humida et conterantur similiter et cum eis fiat emplastrum. quod si illud est residuum accumulationis pupille pubalis. aut est accidens post illam et tobedicos ut medicine resolutionem faciant in ipso, tunc necesse est ut perforet tamen donec consequatur pinguedo deinde extrahitur et curatur. **Dubellati in mamilla**

Quando accidit mamille apostema **nulla pus.** Faciens collectionem tunc ex medicinis bonis in maturatione eius est ut sumatur seminis lini et sisami et radicum lilii et storacis et stercoris caprini et stercoris columbini et butiri et gumme pini. partes equales. sumatur quod necessarium fuerit tectionum et fiat inde linimentum cum si regi. et oleo de alkerri et medulla cruris uacini. et si uis pone in ipso rob. quod si indiges perforatione fac. **Ulcera mamille et corrosio**

Sumatur uini potenti pondus. xx. libr. **ipsi** et ponatur in ipso de sumac tritorum libra una. et de gallis inmaturis media libr. et de cassia lignea. s. libr. de mirtilis cypressi. libra. i. et fundatur in uino et dimittatur. xxx. diebus. deinde decoquatur cum lignis cypressi et commoueatur donec minuatur medietas. deinde commoueant fortiter et coletur et reducatur ad ignem et calefiat. sit quod ille ignis lenis ualde et fiet in inunctum. Et est bonum omnibus ulceribus que accidunt in membris mollibus sicut sunt os et lingua et alia prohibent corrosionem. Et ex illis que conseruant mamillam paruam aut coartant et prohibent eam crescere et prohibent et testiculos puerorum magnificari sunt ista. s. ut inuorent in capitium balnei. et psillium sumatur amborum ana. pondus. ʒ. ii. confitiantur cum aqua seminis iusquiami albi et admisceatur cum aliquantulo oleo mastico. et fiat ex eis linimentum. Et assidue super ipsum pannus lineus infusus aqua gallarum infricata et postea quando sunt mollificati. Et item ex ponentium mulierum liniatur super eos lutum barii et mel. quod si ponatur in ipso opium et panis cum aceto erit fortius. aut sumatur luti barii pondus. xx. ʒ. et iusquiami pondus. ii. ʒ. et fiat ex eis epithima cum aceto. aut sumatur luti luti samos et acacia et cerusa et liniantur cum succo arboris iusquiami. aut sumatur ... et cortice marine et farina ordei et confitiantur cum aceto forti ualde et liniatur cum eis mamilla tribus diebus aut. etc. aut sumantur oua alcubugi. et storax et chimolea. et liniatur cum aqua psilii aut liniatur cum bezhu iusquiami sicut est. teratur et coniugatur cum aceto et dimittatur tribus diebus. et quando quis uult ut eleuet ponatur desuper spongiam infusam in aqua et aceto. aut sumatur siue ypoquistidos et cortices granatorum et plumbi ad hustum cum sulphure ro. omnium ana. quarte. ʒ. iii. aluminis iameni cerusse plumbi lenem ad hustarum omnium ana. ʒ. i. lauentur ad hustarum apium omnium ana. ʒ. iii. confitiantur cum aqua plantaginis et liniatur. aut sumatur cimini albi cum cepe lilii et melle et aqua. et dimittatur super mamillas tribus diebus. aut sumatur armoniacum et iusquiamum solum. viii. diebus. et ex eis que fuit sine contradictione experimenti. et dicunt in hoc expertum est ut liniatur cum sanguine testiculi porcini. aut sanguine ericii. aut

XIII

sanguine testudinis. aut sumatur olii et alu
minis combusti sicut alcool. et ponatur in mor
tario de plumbo et moveatur tam diu donec
ipsum resolvatur plumbum et assidue fiat in unc
tio cum eo. et similiter lini hari. et gralle in mar
te agitentur cum melle et lineantur cum eis. Ser-



Meri quidem mo tertia decima de meri et sto-
est compositum et dispositionibus aliorum ventri-
ex carne et cum cis primus ipsorum de dis-
mentis primam positionibus meri et sto-
laribus plamis de anothomia
villos habentibus longitudinales meri est sto-
ut per eos facilis fiat attractio in deglutione
nam tu scis quod attractio non perficitur nisi villis
longitudinalibus cum contrahuntur. Et tegit ipsum
panniculus villos habens latitudinales ut per
eos facilis fiat expulsio ad collum quod sub
eius est. scis enim quod expulsio non provenit nisi
per villos latitudinales. Et ipsum est carno
sitatis manifeste. Et operatione quidem dua
rum tunicarum simul complet deglutitionem. scilicet per id
quod attrahunt villus eius et per id quod exprimunt
villus eius. Cumque autem difficilis fit deglu
titio eius cum scinditur meri in longitudine
ita ut pereat attractio ad nimias ad vomi
tum humoris. Et vomitus quidem complet
cum tunica extrinseca sola qua propter est difficilis.
Et locus quidem est super spondiles. que sunt
in collo secundum rectitudinem in custodia et tutela.
Et descendit cum eo par nervorum ex cerebro. et
quando est in directo spondilis quarte que est ex
spondilibus dorsi pervenit pectori deinde perma-
sit ipsum recedit parum per ad dextram dilatando
locum vene venientis a corde deinde descendit
super spondiles octo residuas ita quod quando pervene
rit ad velamen ligatur cum eo ligamine quod suble
vat ipsum parum per. ut non comprimat illud quod con
tinuitur ipsum ex vena magna et ut sit descen
sus nervorum cum eo secundum gradationem securitatem
ipsius ancietatis extensionis recte apud gu
tturem advenientem stomacho. Cumque pertransit vela
men declinat iterum ad sinistrum secundum quod de
clinavit ad dexteram. Et ille quidem reditus
ad sinistrum est cum pertransit spondilem deci
mam usque ad .xi.am et .xii.am Deinde dilatatur prope per
venit ad concavitatem in velamine et ampliatur mediante
do orificium oris stomachi. Et pars meri est corpus
stomachi contextum et circulata est intrinseca pars meri
amplior et magis spissa per intestino quam
est tunicis durioris. et intrinseca pars stomachi est
media et illud quod ipsum est levius est apud os
stomachi deinde intestino est levius. Et non vesti
tur interior pars eius panniculo extenso usque
ad posteriorem stomachi advenientem cum ex pan
niculo tegente os nisi ut attractio sit continua.
Et ut adiuvet ad sublevandum epiglotum
ad superiora cum fit deglutitio cum extensione
meri ad inferiora cum iustificamus quod meri
est pars stomachi continua ei cum gradatione. Et eius
quidem tunice sunt sicut tunice stomachi quarum ma
gis intrinseca est sicut panniculus et ad longitu
dinem. et magis extrinseca ambarum est carnosa
habens latitudinales habens villos. Verum est
plus carnosa ea que est stomachi et est ex ea
et in situ eius et continuatione ipsius. Primum
autem intestinum non est pars stomachi, immo est res con
tinua ei ex permixtione et propter hoc non gravatur eius
strictio neque tunice eius sunt sicut tunice stomachi
nam substantia meri similior est lacertorum substantia stomachi
similior est nervis. Et rotundatur pars stomachi ubi
continuatur cum eo meri et cum obviat velamini
et ampliatur in fundo quando locus in quo mo
ratur cibus est inferior quam os ut sit amplior.
Et factus est rotundus propter illud quod scit de
minuatione eius dilatationis in positionibus
sui ut bona fiat obviatio ipsius densi
Et est ex omnibus tunicis quarum interior lon
gitudinales habet villos propter illud quod scitur de
necessitate attractionis et propter hoc continuit stomachus
cum fit deglutitio et elevatur epiglotis. Et ex
trinseca habet villos latitudinales propter illud quod
scitur de necessitate expulsionis. Et non positi
sunt villi expulsivi extrinseci nisi quoniam attrac
tio est prima operationum eius et propinquior ei de
inde expulsio advenit post illud et complet
propter expulsionem continuitatem in toto vase ut ex
pellatur quod in ipso est. Et permiscentur tunice
intrinsece villi tamen suerzi ut adiuvant ad re
tentionem faciendam et positi sunt in attractio
ne non in expulsione quando non continuatur tu
nice extrinsece. Et separatus est ab eis meri
cum non sit ad retinendum et tota tunica eius ex
trinseca obviat corporibus spissis. Intrinsece
vero pars continua est plus carnosa et calidior.
ut sit plus digerens. et os eius est plus ner
vosum ut sit vehementius sensibile Et adve
nit ei ex ramis cerebri ramus acquirens ipsum
faciens sensum ut percipiat famem et dimi
nutionem. Et illo quidem non indiget reliqua
que sunt post os stomachi. Et stomachus non indiguit
sensu nisi quia eget ut excitet ipsum quando vacu
us est a cibo. nam cum extremitas prima est
sensibilis acquirens nutrimentum sibi ipsi et ali
is non eget illud quod est post ipsum illo quoniam ipsi
est sufficiens ad defendendum onus alterius
Et iste quidem ramus descendit ab alto revo
lutus super meri et involvitur super ipsum una in
volutione cum est propinquus stomacho. Deinde continu
atur stomacho et loco stomachi vehementioris gibbositatis
apponitur vena magna pertendens in longitudinem
ipsius et mandat ei ramos plurimos qui cum eo
ligantur et dividuntur in ramos subtiles qui sunt
constituti in ordine uno. Et adheret ei arteria
similiter et procedit ex arteria sicut illud de ramis.
unaquaque earum super reflexionem siphac et contexit
ex summa eorum zirbus secundum quod narrabo. Et stomachus
quidem digerit caliditatem quod est materie sua
innata et caliditatibus aliis acquisitis a corporibus
vicinantibus ei. Epar ei supponitur dextre cum eius
de super. et illius ideo quoniam illic rotundatur et fit
eius suppositio bona. Et splen sternitur secundum eo
a sinistra elongatus parum per a velamine ca
piens ipsum. nam si super ponerent ipsum et epar sim
ul una suppositione gravaret illud super stomachum
electum est igitur ut supponatur epar taliter quod con
plendat ipsum additionibus extensis sicut di
giti et substernatur splen subtus. Et cum hoc
par est magnum valde secundum operationem factam
ad splenem propter necessitatem sue magnitudinis
et quoniam non cum splen nisi sit receptaculum
unius superfluitatum eius consequitur igitur est ut
declinet caput stomachi ad sinistrum et declinet
eius inferior pars ad dextrum quod evacuantur
epar subtus et dilatetur locus splenis et sini
strum et destrum. positum est igitur nobilior duarum
partium et est superior et dextra epar et vilior earum
opposita ei. scilicet splen hec est. Et additum est
mento a vanitoribus zirbum extensum super ipsum
et super omnia intestina habens pro parte quod sunt
magis egentes ad iuvandum digestione propter de
bilitatem caloris ipsorum digestivarum secundum compa
rationem ad alia et factum est spissum ut complen
dat caliditatem et subtile ut leviter omnis adeps
fit enim congregatum caliditas adeps cum eius re
cipit caliditatem valde et conservat eam propter visco
sitatem suam pinguem et super zirbum est panicu
lus superior nominatum libitine. et super ipsum est
mirach in laceri venens pingues omnes. Et is
te due tunice coniuncte sunt in supremo amborum
apud velamen et separantur ab inferiore parte earum

Et ab posterioribus dorsi extenditur super ipsum vena pulsatilis magna ascendens propter intentionem caliditatis sui spiritus et sanguinis sui et associatur ei vena magna chilis propter caliditatem intentionem sui sanguinis. Et siphac quidem ex summa sui est panniculus primus qui comprehendit viscera nutritiva omnia ipsum enim tegit ea et declinat ad inferiora et aggregatur apud dorsum ad latera sua. et continuatur velamini a superiore parte sua et continuatur inferius vesice et duobus ylis ab inferiore parte sua. Et illic adveniunt ei duo foramina apud duo inguina que sunt due vie in quibus penetrant vene et suspensoria cum dilatantur descendunt per ea intestina. Et iuvamenta quidem eius sunt custodire illorum viscerum et distinctio inter intestina et lacertos et iuvat ut non cooperiat ea et non conturbentur eorum operationes et contineant ei illa que sunt inventa non. Et iuvamenta ex virtute que est in ipso sunt iuvamenta. Cum eo enim exprimit stomachus per motum lacertorum qui est cum eo. Philosophus quod ipse movet eum extendit ergo totum super vasa de quibus sunt corpora quorum operatio est ut expellant expulsione que datur ad iuvandum ad expulsionem fecis. Et similiter exprimit vesicam et adiuvat ad emittendum urinam et exprimit ventositates inflativas ut exeant quare non desiciunt intestina et adiuvant ad pariendum. Et siphac quidem ligat omnia viscera ad invicem et cum dorso. Et fit eorum aggregatio firma et est ipse cum dorso sicut vene una. et cum continuatur velamini et obviat duabus extremitatibus eius apud dorsum tunc ligatur illic et extremum est eius venter. Eius namque venter est superfluitas descendens ex velamine ad os stomachi et obviat superfluitati eius quod ex ipso ascendit ad dorsum et obviat ei et gravatur illic siphac. scilicet corpus panniculare non divisum in villos sensibiles in quo est corpus simplex insensibile. Et comprehendit stomachum posterius ad iuvandum tunicis que sunt in stomacho et est custodiens tunice carnose que est ei et pervenit ad stomachum et ligat ipsum cum corporibus que sunt a parte dorsi et sunt ei reflexio et ascensio et descensio. Et illud quod ex ipso est grossius est inferius eius a sinistra ipsius. et est ei tunica ex subtiliato lateris ventris cooperiens et subtile ipsum est subtile eius quod est vere siphac et est vehementis subtilitatis et ex eo oritur panniculus tegens pectus. Et superfluit ex eius origine siphac superfluitas ad duobus lateribus ex quibus et ex mediis duarum venarum scilicet pulsatilis et non pulsatilis extensis super stomachum texitur sua zirbus que contexitur ex duabus tunicis pluribus secundum loca suppositis pinguibus cooperiens stomachum et intestina et splenem et mesenterica reflexa ad latus inferius. Et hoc zirbum cum sua separatione est suspensum cum eis cum hoc quod continuatur ex stomacho et ex concavitate splenis. et loca suspensionis eius sunt glandule que sunt inter venas suggentes que nominantur meseraice. et inter intestinum .xii. digitorum. Verum eius suspensiones sunt pure et debiles. Et quia continuatur cum epate et costis dorsi levi continuatione. et iste quidem suspensiones sunt fixiones zirbi et pars eorum est stomachus. et zirbum istud est sicut saccus in quo si aliquid poneretur retineret illud. Cum ergo vis scire tunc scias quod cutis et panniculus qui est sub ipsa et est carnosus et lacertus positus in tunica que est suprema tunicarum lateri ventris. non determinata omnes sunt in summa munimenta et tunica que est infima tunicarum lateri ventris cum panniculo subtili qui est secundum veritatem siphac est ex summa siphac. Et zirbum est sicut tectorium siphac et sicut exterior stomachi. Et hec quidem corpora omnia sunt ad iuvamentum in calefactione stomachi quorum adiutorium est ad defensionem eius. Et in inferiori parte stomachi est foramen cum continuatur intestinum .xii. digitorum. et hoc quidem foramen nominatur portonarius et est strictius foramine superiore quod est transitus eius quod digestum est et subtiliatum. et illud est transitus eius quod est continuatum ei. Et iste quidem meatus clauditur usquequo fiat digestio deinde aperitur quousque compleatur expulsio. Et scias quod stomachus nutritur tribus modis. unus eorum est eius quo fovetur cibo adhuc in eo existente. et secundus est eius quod ad ipsum venit de nutrimento in venis porrectis in ipsum a concavitate venarum. et tertius est eius quod ad ipsum funditur in tempore famis vehementis ab epate ex sanguine rubeo puro et nutrit ipsum. Et quod antiqui quando dicunt os stomachi intelligunt quandoque introitum ad stomachum et est locus constrictus in quo non dilatatur aliqua pars cum introitus stomachi que sunt post meri. Et quandoque superiorem introitum qui est terminus communis inter meri et stomachum. et quidam homines sunt qui nominant ipsum alfuet et cor. Et iterum sunt quidam homines qui faciunt currere in sermone suo os stomachi et innuunt eorum continentes in nomine aut debiles in discernendo. et isti quidem sunt valde antiqui medicorum. Ypocras autem in locutione dicit fulket et significat per id os stomachi secundum suam expositionem.

Egritudines meri summa

Quandoque accidunt meri species malicie complexionis et debilitatis ipsum ab operatione sua que est deglutitio. Et quandoque fiunt in ipso egritudines instrumentales omnes et communes. et quandoque fiunt in ipso apostemata calida et frigida et dura. Et illud quod fit plurimum in eo de egritudinibus instrumentalibus est opilatio. aut propter coartationem eius de foris a spondilibus remota. aut a parte membrorum vicinantium ei aut propter apostema in ipso. aut in lacerto qui retinet ipsum. et ex summa quidem egritudinum que accidunt ei sepius et ex egritudinibus continentibus est fluxus sanguinis et ruptio eius.

De qualitate deglutitionis

Scias quod deglutitio fit per meri et cum virtute attractiva actualiter cum villis longitudinalibus quos adiuvant villi latitudinales per ea quod retinet tertio. illud quod deglutitur et exprimunt ipsum ad inferiora. Et vomitus etiam completur per meri. Verum deglutitio est facilior quoniam est motus secundum motum nature. Et fit cum adiutorio duarum tunicarum quarum una habet longitudinales villos et altera est cooperiens eam et latitudinales habens villos. Vomitus autem est motus non secundum cursum naturalem et non completur eius operatio nisi per violentiam exprimente tantum.

Constrictio deglutitionis et difficultas deglutitionis

Constrictio deglutitionis aut fit propter causam in ipso meri aut fit propter causam vicinam eius. Et causa que est in ipso meri aut est apostema aut est siccitas superflua que est ex siccitate humiditatis in ipso propter febrem acutam longam. aut aliqua specierum malicie complexionis superflue aut causis contrariis. Et debilitas ei que propter ipsam egritudinem accidit acutarum timorosarum et aliarum. Et causa vicina est constrictio constringentis scilicet aut apostema in lacertis epiglotis sicut fit in squinancia et aliis. et quandoque est cum constrictione anhelitus aut membris colli aut est declinatio spondilium ad interiora. aut est ventositas involuta cum ipso coartans aut spasmus a guttis qui volunt fieri aut iam incepit hoc enim sepe antecedit guttas a congelatione. Iam autem accidit cuidam nostrorum difficultas deglutiendi propter retentionem rei in deglutitorio ignorate et perduxit eum illud ad similitudinem suffocationis et fecit eum sincopizari cum nausia. Quandoque evomit vermes plurimos cum quorum expulsione facilior facta est deglutitio et ablata est suffocatio. Et scias quod causa fuit retentio eorum illic.

Signa

In illa quidem que est propter spondiles na-

augmentum cum constrictio in tempore resupinationis
et est deglutitio dolorosa apud spondilem remo
tam. Et illam que est cum malitia complexionis de
bilitatis significat longitudo spatii introitus eius
quod deglutitur et est cum levitate et paucitate festi
nationis in toto spatio absque dolore nisi sit illo
in tempore meri insibili et constringit illic et se
dat cum retentione eius quod deglutitur apud
ipsum. Et illa que est cum apostemate fit constric
tio in tempore ingestionis eius et fit ibi dolor et non
evacuatur dispositio in pluribus a febre quamvis
secundum plurimum non fit vehementis fortitudinis
Et cum apostema est calidum significat ipsum et caliditas
et sitis. et si non fuerit calidum non erit febris. Et
cum est exitura non cum illa caliditate est illic
dolor punctivus cum quo accidunt in quibusdam ho
minibus tremor et febris. et quandoque facit collecti
onem et rumpitur et emittit saniem et sedat
illud quod evenit ex eo et fit egritudo ulcerosa.
Et illa que fit mansione fuce et con
gelationis significat eam reliqua significationes
Si cum fuerit apostema aut remotio **curatio.**
tunc cura eius erit cura illius. Et si cum
fuerit malitia complexionis tunc si fuerit inflatio
et adustio et caliditas in superficie oris opor
tebit ut administres linimenta inter ambas
spatulas ex sucis et medicinis frigidis et forte
at. et sit sicut lac absque butiro acetositum et
que sunt similia illi. Et si fuerit a frigore. et
est illa que sepius fit oportebit ut cure
tur cum emplastris calefactivis quibus utitur
in curatione stomachi frigidi et cum oleis et un
guentis calefacientibus dictis in tempore et cum
oleo balsami et oleo nardino et oleo musce
lino et similibus et cum emplastris fieris et castoreo
et armoniaco et mirra et pirethro et aliis.
Quod si fuerit propter complexionem humidam mollem val
de. et sentitur ex siccitate superficiei oris et lingue
cum eo tunc curetur cum eo in quo sunt stiptica
et calefactio ex medicinis aromaticis post
mundificationem stomachi et rectificationem eius
si egrotat. Et iste quidem medicine sunt sicut a
nisum assatum et been duo et spica et spica cel
tica et folium indum et thus et minutum ipsius
et mirra. et si necessarium est ut misceantur cum eis
calefacientia fortia cum stipticis et frigidis ut
frangatur per calefactiva frigus stipticorum
frigidorum et vehementis exsiccationis sicut rosarum
et balaustiarum et similium fiat apud me an in
deri est vehementis iuvamenti in hoc. Et si
fuerit cum siccitate fiat contrarium illius. et administrentur
electuaria humectantia equalis complexionis
et ova sorbilia et adipes et butirum et medul
las et regimen corporis et stomachi. Nam meri in
pluribus egritudinibus est sequens in complexione suam com
plexionem oris stomachi **apostema meri subita**
Quandoque sunt calida flegmonica et pestilaria.
et frigida flatica et dura. et plurimorum dif
ficilis fit maturatio et tardatur. **signa. Rx.**
Significat ipsum dolor in hora deglutitionis et in non
deglutitione pervenit ad posteriora spondilium
colli cum constrictione deglutiendorum et cum quod ex eis
est calidum quamvis est febris non vehemens. et
quandoque est veniens hora post horam cum ipsa
sit febris diei non vehemens. et quandoque est cum eo
oppilatio verum est cum eo sitis vehemens
et calidus. cum igitur maturatur et removetur oppi
latio. et cum aperitur emittit pus. Cum autem apostema
est non calefactum est constrictum meri secundum conste
ctionem similitudinem constrictionis apostematis calidi
verum est absque caliditate et iam est febris et sitis **Cura**
Medicine illius alie sunt que bibuntur et alie
sunt que exterius apponuntur. Et oportet quod medicine que ex
terius apponuntur ponantur in loco qui est in
ter duas spatulas. et oportet ut sint medicine repercussi

va stiptice facte ex odoriferis et fructibus
secundum comparationem que est in curatione apostematum
stomachi. Deinde addantur eis ea que sunt sicut
armoniacum et bdellium et gluten. alii vult et
ficus post quod evacuata sint a stipticis et exadi
pibus et quod si illa non valent et sunt necessaria il
la que sunt plurime resolutionis. et apostema fuerit i
radice durum tunc oportet ut admisceantur cum
eis ea que sunt fortis resolutionis sicut gra
na lauri et piretrum et cardamomum et yreos
et balsamum et aristologia. Et quandoque est tibi
necessarium ut administres compositiones empla
strorum sicut sinapis et gumma rute agrestis
et reliqua que sunt de his que diximus in con
vallatis pectoris et pulmonis quousque per
veniat ad finem stercoris columbini. oportet
autem ut in cura eius quod calidum est sint medicine
que bibuntur quarum quedam sunt electuaria
quorum incessus super locum sit incessus conti
nuus paulatim paulatim. Et sint ipse medicine
electuaria ex eis que sunt sicut lentes et
spodium sicut mucilago psilii et semen portu
lace et aqua cucurbite et similia. Deinde fiat
permutatio ad permixtionem exire percussivum
et resolutivum in aqua iam positum sit aliquid
ex ficubus et aqua seniculi et camomille. Deinde
addatur et ponatur in ipsa dactili et fenugrecum
et administrentur sorbitiones in primis quidem
exire percussivis sicut fit ex farina ordei
et lentibus et fiant acetose cum eo quod scis et
non acetose. et cum incipit maturari fac sor
bitiones ex succo furfuris cum oleo amigda
lino et zuccaro. Deinde pone in eis ea que sunt
sicut semen lini. Deinde pone in eis que sunt
sicut farina hordei et ciceris. Et cum pervenit
ad eruptionem tunc indiges ut accipias
in ipso virtutem ex radice lilii celestis et ami
gdalis amaris et pessior aliquid ex sinapi
et ficubus et dactilis. **cura apostemati frigidi.**
Considera quod diximus in apostematibus stomachi frigidis
et administra super ea lenificantia ma
turativa. Invenies etiam quidem sunt electuaria
et sorbitiones que diximus ad maturandum
sicut que fiunt ex farina hordei et farina ordei
et illa in quibus sunt ablutio et fortitudo sicut
radix lilii celestis et nux liquiritie et alia
secundum exterius emplastra maturativa que diximus
de quibus sunt fenugrecum et camomilla et me
lilotum et bdellium et gummi albotim et armonia
cum et yreos et virtus aromaticorum. et sed
dimat ad maturationem et sedationem fac
sicut dictum est in capitulo primo et considera in eis
illud quod diximus in capitulo stomachi. **de eruptione sanguinis**
Iam scivisti causas eius et signa **ex meri**
in primis in capitulo eruptionis sanguinis ex
stomacho et oportet ut curantur illic. Et ex eis quibus
stomachi et oportet ut curantur illic. Et ex eis quibus
fit differentia est illud quod dicatur secundum curationibus erup
tionis sanguinis ex stomacho diximus. scilicet quod medicine i
stius eruptionis oportet ut sit medicine habentes visco
sitatem et glutinositatem ut non impellantur
ad stomachum subito immo curantur si locum erupto
nis cum lenta mora ut possibile sit eis age
re in ipsum cum lenta mora et sic efficiatur operationem
forte quamvis reddeant per viam venarum et
agatur in ipsum verum cum virtute debili propter longi
tudinem viarum et multitudinem passionis in ipsa.
ulcera meri. Rx.
Quandoque accidunt **ulcera meri. Rx.**
Quandoque accidit ut ulcera in meri excessivum gaudere i
ipso aut propter apostemata que erumpunt ideo aut propter
humores acutos consumentes in ipso cum fit no
Clausa est s(cilicet) os matricis cuius egreditur ad quod plurimum coitum ex re addita lacertosa aut panniculari forti aut est illic incarnacio ab ulcere aut curatione. aut illud quod est in ore vulve. aut os matricis est secundum unum et eundem horum modorum. aut est super os matricis eius quod prohibet impregnationem et exitum menstruorum ex principio. aut incarnacione ulceris aut quod est illi simile. aut meatus non est inventus in creatione ita ut accidat virgini cum incipit menstruari ut non inveniant menstrua meatum propter aliquam hu rum causam. quare accidunt ei dolores vehementes et egritudo maxima. Cum ergo non ingenietur ei redit sanguis et denigratur et putrefit et moritur. Et quoniam accidit ut clausa retineat partum conceptionem quare moritur ipsa et fetus eius periculum dubio si non regitur. Et hoc quidem non est possibile nisi aliquo modorum aut ut sit illud quod operit os matricis de clausura unde textura. aut sit habens foramina plurima ita quod possibile sit matrici attrahere de spermate quod licet enim parum sit tamen ex illo parvo fit conceptio si possibile eius est virtus quod visum est plurimo. et possibile eius quod visum est. Ga(leno) medico. Illud namque quod necessarium est in creatione de membro est sperma femine secundum sermonem philosophi. Et est illud medio quod provocatur ad matricem intra matricem secundum sermonem Ga(leni). Et est sperma viri ut sumat ex eo virtutem odoris secundum sermonem philosophi. Vidit enim quod cum omnis gallina erudit ure aspera est et perdit ex eo odor spermatis viri. convenit omnium in conceptionem. **Cura.**

Curatio clause est cum ferro aut cum alio. Si ergo hec clausura apparens est tunc modus est ut disrumpatur labia vulve a clausura ita ut ponatur supra unumquodque labiorum pila et muniantur pulveres panno et extendantur labia donec disrumpantur ab eo quod est inter ea. aut inveris scalpello obtuso et finde siphac et incide carnem additam si est sub siphac paulatim ita ut non remaneat de addita aliquid nec sumas de moi cali a d. Et illud fiat cum cautela. Et differentia quidem inter siphac et carnem est quod siphac non sanguinat. Caro vero sanguinat. Deinde pone inter labia lanam infusam in oleo et vino et dimittatur tribus diebus et administra super ea aquam mellis si ea indiges. et administra desuper unguenta mitta cum cautela ad consolidationem et conglutinationem et constrictionem et precipue si illud quod incisum est est caro. Siphac non parum suscipit consolidationem post scissuram. Quod si clausura fuerit profunda tunc modus est ut pervertat ad ipsam ingenium. Et si est siphac scindatur scissione una non cum illa equalitate. Nam fortasse concipit vesicam et alia. immo oportet ut caveantur alia sicut vesica et incidatur si non est caro paulatim et adhereat incisioni lana infusa vino stiptico et potenti. Deinde post illud sedeat in aquis in quibus decocte sunt medicine mollificative. Postea curetur cum unguentis rectificantibus ulcera lenitis et inve tis. Deinde cum consolidativis. Et cum apparuerit sanitas oportet ut assiduetur super eam coitus. Et oportet ut caveat apud hanc scissionem duo res. scilicet abbreviatio in incidendo et findendo quantitatem additam. Illud enim si est compositum est faciens possibilitatem conceptionis apud coitum qui accidit cum ea et difficilem facientem partum propter partus fetum et prognosticantem mortem. Et caveat iterum ne pertranseat quantitatem additam et capiat de substantia matricis quod quare aperitur matrix et doleat et incurrat cusce et spasmum et egritudines pernicosas. Cum ergo feceris hoc oportebit ut abstineas eam a frigore et non approximas medicina frigida actu omnio vero. oportet ut sint omnes distillationes et iniectiones et suppositoria expoliata ex frigore. **De modo**

Preparetur mulier **administrandi hanc incisionem et scissionem** sedeat coram lumine super quam sedeat cum pulvino substentaculo ad posteriora. Cum ergo equiatur cum sua adherentia faciat coxis suis et adiungat illud ventri suo et liget manus suas sub curvatura poplitum suorum et ligetur secundum hanc formam firmiter. Deinde medicus administret scissionem siphac et incisionem carnis. Et quoniam indiget medicus ut administret speculum et precipue in eo quod est inter matricem. Cum ergo extenditur siphac cum radiis et incamus extensione cum qua non complendum matrix et collum vesice et siphac eius compressione nocente huius membris in primis cum manu et secundo cum eo cuius non excusatur pressio cum utitur manibus advenit ei de acumine ferri. Et speculum facit te videre illud quod arte efficaciter vide et facit te cognoscere illud quod associatur siphac subtili de membris que pertinent hoc membro. i. ex vesica et aliis. Quod si super fluit dimitte illud quod extendisti ut redeat quod vehementius est eo quod necessarium est. Deinde sublevat siphac clausure cum subtilitate. Deinde scinde ipsam cum obliquitate ut non consequatur vesicam. Deinde considera in primo cum scindis. Et si egreditur sanguis paucus tunc penetra in operatione tua sine timore. Et si multiplicetur cursus sanguinis tunc finde paulatim ut non accidat sincopis et pruritus anhelitus. Et quoniam est tibi necessarium ut dimittas instrumentum incidens quod nominatur alcalib in ea usque in mane involutum in lana ligata cum panno. Et cum fuerit mane consideretur in virtute eius. Et si fuerit fortis curetur integra curatione. Et si non dimittatur usque ad diem tertium et removeat tunc instrumentum. Et considera dispositionem scissure cum digitis ponendo sub loco eius ut significet tibi summa quam necesse est te incidere. post et cum solvitur mulier ab eo quo curatur oportet tunc ut sedeat in aqua in qua decocta sunt lenitiva cum est calida et precipue si appareat apostema. Et melius quidem est ut administrentur super eam unguenta calida prohibentia consolidationem. Et melius est illud quod est continuum habens foramen ut egrediantur in eo superfluitates et ventositates. Et quoniam incisio accipit carnem naturalem tunc fortasse accidit cursus urine qui non curatur. **De suspensione matricis**

Quandoque accidit illud propter clausuram et quoniam accidit propter apostemata calida et dura et cura eorum est cura eius. **Augmentum matricis et exitus eius**

Matrix augmentatur aut ex **conversio eius** necessaria propinqua. ex causa. s(cilicet) ex casu aut cursu vehementi. aut vociferatione quam ipsa vociferat aut sternutatione maxima. aut strepitu aut vociferatione quia ipsa audivit quare terrefacta est aut percussione mollificante mollificat ligamenta matricis. aut precipue cum partus difficilis aut partus geminatum aut labore obstetricis in extrahendo fetum et secundinam. aut exitu fetus subito. aut propter humiditates mollificantes humiditates. aut propter putrefactiones accidentes ligamentis et quoniam egreditur tota. Et quoniam convertitur et quoniam eradicatur radix eius.

Accidit mulieri in **accidentia illius et signa** dolor in pectine magnus inclinatur et torsor. et quoniam sunt cum hoc febres et accidunt ei in loco aces expressio et difficultas. Postea quod matrix comprimit meatum fecis et urine et accidunt spasmus et tremor et timor sine causa et sentit rem rotundam in pectine. Et sentit apud vulvam rem descendentem levius tactus et precipue cum complet conversio. Et egreditur enim quod intus fecit eius est manifestum. Cum non sentit foramen eius

·nō de fecta·

differentia inter siphac · non sanguinat · ʒ quo caro addita sanguinat ex fonde ·

fz

nota

retinendum sanie quod in dorso eius iam continue et egredi. Si autem invenimus foramen et iam exivit sicut est non consolidatur, tunc non credit in fistula usura. Ergo illud

Cura

Non speratur curatio nisi

Nemo quod in iuvene est in adolescentia. Et matrice in primo a solutione cum clisteribus et puro-cum ... eam duritiam. Et cum expletum fuerit illud resupinetur mulier et aperiat quod est inter crura sua et assume lanam ex fellibus lembi et fac eam adherere matrici. Deinde accipe lanam aliam et infunde eam in succo acacie aut vino in quo decoctum sit aliquid stipticum et pone super os matricis et reduc cum facilitate ad interiora ita ut reddat lana contra ad interiora. Deinde accipe lanam aliam et infunde eam in aceto et aqua et pone eam super vulvam et para pedes mulieri ut iaceat super latus suum et adiungat crura sua et firmet lanam ubi est parata in ea ne cadat. Et pone ventosas super inditem sumitatis eius et super dorsum ipsius. Et fac eam odorare lignos ... valde ut ascendat matrix cum eo ad superiora. Et cave ne approximare ei facias aliquid turbidum vel fetidum quod fugiat matrix ad inferiora. Cumque dies tertia affuerit permuta lanam eius et pone eam lana infusa in vino in quo decocti sunt mirtus et rosa et acacia et cortices granatorum et alia absimilia tepide. Et embroca ex illo super summitatem eius et ipsius pectinem. Et amplius super eam linimentum factum ex sumach et fecem ex herba que nascitur super lapides cum sunt in aqua et facit lubricare pedem et fecem exlentibus cum stipticis. Hoc enim regimine quandoque sanat eam. Et fac eam sedere post illud in decoctione stipticorum mirti et rosarum. Et oportet ut facias ad eam abstersionem a salsis et stipticatione gummis venenum et mollitiem et fac eam manere tranquillam et quietem.

De declinatione matricis et separatione eius.

Matricem accidit ut quandoque declinet ad unam duarum partium matricis et removeatur os matricis ab oppositione propria quia inclinatur ad ipsam speciem et quandoque est cum eo duricies unius duarum partium aut inspissatio et constrictio quod duas significant duo latera in humiditate et mollificatione et siccitate et spasmo. Et quandoque est cum eo humores qui sunt viscosi in una duarum partium facientes illam attrahere enim sursum ad ipsam. Et mulier accidit prefocatio matricis. Et obstetrices quidem cognoscunt partem declinationis per tactum cum digitis. Et cognoscitur an sit cum aut repletione cum facilitate et tensione venarum aut duritiem eam et necessitatem eius ad evacuandum.

Cura eius

Oportet ut festinet sapiens ... opposita est partis declinationis si fuerit repletio. Et dicat obstetrix quod venae in illa parte sunt tense et replete et est illic grossities et si illic est constrictio et coadunatio et non est illic grossitudo administra lenitiva ex clisteribus et suppositoriis et unctionibus et administra lulneum et fac ut cibus bonus fiat. Et si fuerint illic humiditates evacua eas et da ei in potu olium de ... et administra et in suppositoriis. Et similiter unge matricem eius et mitte in matricem eius oleum balsami et ... et similia. Et tunc fortasse possibile erit obstetrici ut intromittat digitos inunctos cum cerotum aut adipe galline aut anatis et equet matricem et reddat declinationem donec faciat eam oppositam os matricis vulve.

Apostema calidum in matrice.

Accidunt matrici quinque apostemata calida et causa in eo est aut extrinseca sicut percussio aut casus cum magno motu aut abortus aut disruptio ex obstetrice cum recipit fetum. Et quandoque est cum eo retentio menstruorum et repletio et multitudo humiditatis et inflatio inspissata que non resolvitur. Et quandoque fit propter elevationem spermatis et quandoque fit in ore matricis et quandoque fit in concavitate eius in aliquibus earum partibus duorum laterum et anteriori et retro. Et quod de eis decimus est illud quod est pluribus partibus. Et quandoque fit dubellatio et quandoque convertitur ad duritiem aut cancrum.

Signa.

Quorum significat ipsum continua febris acuta. Stomachus enim convertit ei quod dolet et accidunt ei ea extensa et angustia et nausea et singultus et corripit digestio et appetitus aut debilitatur. Et celebriter convertit ei quod accidunt dolor capitis in sincipite et dolor in collo et in radice oculorum et profunditate ipsorum cum gravitate et procedit dolor donec consequatur extremitates et digitos et duo focilia et utrumque crus et iuncturas cum mollificatione eius. Et dolent due partes dorsi et duo inguina et pecten et inflantur et minuuntur ventre inflatur. Et sentit in toto corpore gravitatem expulsio et difficultas ita ut non sine necessitate meatus ad exeundum. Et illud fit propter coarctationem apertis. Et ubi continuatur deinceps aut plus illic fit sensibilitas vehementior. Et quandoque est expulsio sine difficultate et difficultas sine expulsione. Et accidit eo ut debilitet pulsus et minoretur et frequens fiat. Et debilis si apostema fuerit calidum erunt omnia accidentia ista vehementia cum febre inflammata et cum opilatione et cum nigredine lingue et dolor fiet fortis et pulsatio. Et multiplicabitur sudor in extremitatibus. Et quandoque perducet ad abscisionem vocis et spasmum et sincopim. Et significant partem apostematis locus pulsationis et consuetudo ipsius. Si enim sit dolor in sumitate aut ad dorsum declinet aut ad utrasque partes. Et quod est propinquum ori matricis est vehementiores et durius eo quod est in concavitate, quoniam os matricis est nervosum et est tangibile. Et illius quod est in concavitate tactus fit difficilis sopernus sit cum eius. Et fit difficilis motus localis et elevatio et sessio et incessio. Et consequitur ut claudatur apostema cum ambulatione. Et signum quod convertitur ad dubellationem est ut sit dolor additus valde et accidentia fuerint fortiora et dominentur febres et permaneant et inveniat tranquillitatem cum est fluxus venarum et egressio urine. Et signum complete collectionis est quod sedatur febris et pulsatio et movetur rigor. Et apostema matricis et eius dubellationem que sunt in ore matricis possibile est ut sanentur. Et si sunt profunda non est possibile ut sanentur.

Curatio apostematis calidi.

Necessaria est in eis evacuatio sanguinis cum adiuvante significatione famose. Et flobotomia licet conferat ad illud est tamen timendum quod retinet menstrua et attrahit sanguinem ad superiora. Et flobotomia quidem saphene est vehementioris conversionis et magis attrahens sanguinem quam illa. Et melius quidem est ut provocentur menstrua et magis in matrice et ponatur ei manus cum est retentio menstruorum. Et melius eius quidem in principio est ut flobotometur basilica quando prohibetur effusionem menstruorum. Deinde consequenter adhibeatur flobotomia saphene ut trahat sanguinem. Et flobotomia ad latus et succurrunt ei quod fecerat in interiori flobotomia basilice ex nocumento convenientie ei. Et oportet ut fiat flobotomia pedibus eius ad superiora elevatis et ipsa sit iacens et procedat ad summum in extrahendo sanguinem. Et oportet ut prohibeatur cibus et minoretur in diebus primis usque ad septimum diem et prohibeatur aqua penitus et pone in die primo. Et hiteret in domo boni odoris et precipiatur ut vigilet quantum potest. Et non est vehementius nutrimentum est ad illud. Et quandoque est necessarium ut administres solutionem facientem educere humores. Et oportet ut si in mediatis eius

q sedet nauseam et vomitum et adiuvet cum ne
cessitas est. Et sedeat in principio in aqua dulci
commixtam cum oleo rosato bono. Et embrocetur
cum stipticis ex aquis. Deinde non fiat assidua
tio super eam cum stipticis et non inducetur apostema.
Et de eis quorum administratio est conveniens in
hac hora est papaver dissolutum cum decoctione
de quo fiat emplastrum cum oleo onfacino. aut
oleo rosato. aut de oleo de pomis. Deinde festi
na cum lenitivis quare fiat embroca cum vino
cum oleo rosato tepidis. Et suppone lanam
infusam aquis in quibus decocta sunt ea que
sunt sicut malva et semen lini et alasceth et
alhamel plurima cum medicinis stipticis. sicut
est arnoglossa et blitus. Olei. unguentum fenu
greci et mellilotum decocto in decoctione. Et
quandoque ponitur in eo oleum de croco et oleum nardi
num deinde fiat prouocatio ad maturationem.
Et ex eis que maturant ipsum sunt dactili dis
soluti in decoctione de corti cum samich cum oleo
rosato et oleo de alcanna et pix in statu suo. Et
emplastra ex ysopo et adipe anseris et adipe ana
tis et medulla cervi et similibus. Et cum declinat
egritudo curatio eius tunc est cum resolutivis.
purius et sunt aqua sinsibrii et sansuci et lauri
et polipodium et similia de illis que saniunt. Et ca
ba eam et conforta et unifica ipsam. Et quando
ponuntur super eam emplastra oportet ut non ligentur
ligatura eius necessaria ap'ati. Indubellati non
oportet ut occuperis in maturatione ipsius. Et si est p
pinqua ori matricis et est possibilis sectio eius
secundum modum regiminis clause. fiat. Intrinseca
autem cum possibile est ut consideretur eius maturatio
ex ipsa met. aut sufficit illud quod provocat p
vocatione subtili sicut lac et semen melonis cum
aliqua mucilaginum. et eius eruptio et ipsam
fiat. Et si possibilis est infrigidatio et resolu
tio est melius. Et cum rumpitur indubellati tunc
quando egreditur pus eius ex vulva. Et oportet ut
iuvetur ad mundificationem. et resolutionem residu
orum cum eis que sunt sicut unguentum basilicon
minus et micatur meam. Et quando egreditur
ex vesica. Et tunc non oportet ut iuvamentum fiat in
mundificatione eius cum diureticis fortibus
quia effundunt vina alia ad vesicam et vincent
et faciant evenire ulcera. vero sed alieris illo
et sic contentus eis que provocant subtiliter sicut
lac et semen melonis cum aliqua mucilaginum
Et fortasse egreditur ex via egrois. Et fortas
se est necessarium ut iuvetur cum medicinis dictis
in dubellati matricis et aliorum sicut sunt emplastra
facta ex ficubus et synapi et fimo columbino. Et
post illud oportet ut mundificentur ulcera cum eis que
sunt sicut aqua mellis. Et iterum in locis
diu invenitur pus grossum. Cumque mundifica
tur curetur curatione ulcerum. Et quando magni
ficatur accidentia indubellati non est excusatio
quin administrentur emplastra lenitiva facta ex
farina ordei et ex ficubus et fenugreco et seie
lini et mellilotum et tunc que sunt secundum huius modi
Et oportet ut observes res quas diximus in ca(pitulo)
apostematum calidorum et dubellati in capitulis aliis post
matricem et compleas quod habemus illinc.

Apostema flaticum in matrice. Apostema flaticum in
matrice significant significationes apostematis preceden
que procedunt cum grauitate et inflatione. sed non
est cum dolore de quo sit curandum. Et fit illic
mollicies extrinsecus et pectinis. Et est
forma huius ipsius sicut forma huius ypo
sarcam. Et curatio eius est curatio apostematum
flaticorum in suis locis ex eis que diximus in capi
tulis pluribus. Apostema durum sciri.

Signum ipsius apprehensio eius cum tactu.
Et quod est illic difficultas ex parte coitus
et fetus aut unius ambarum. Doloris non evenit

minoratur cum eo durum non fit cancer. Et si est eius
levis. et extenuatur cum eo corpus et debilitatur et spe
cialiter crura. et apparent pedes et extenuantur crura. et
quando magnificatur venit. Et accidit dispositio sicut
dispositio ydropisis. et propter quod durities est ipsa
Et quandoque accidit ex eo ydropisis vera. Cum ergo
non resolvitur durities festinat ad cancerositatem.
Et signum quod apostema durum est cancer aut fit
cancer. Cum quidem est ubi apparet sensui est
quod videtur apostema durum non equalis figure a quo
procedunt sicut varices quod ledit tactus vehemens
mali coloris et turbidi declinans ad rubedinem.
que est sicut rubedo fecis. Et quandoque trahit ad plum
beitatem et viriditatem. Et cum non apparet sig
nificat ipsum gravitas et quod extimatur de lesio
ne et sentitur. Et coniuncti ipso pecten et duo
emunctoria et due anche et inguina et p
venit lesio eius ad diafragma et dorsum. et in latere.
accidit cum eo dolor in utroque oculis et temporibus et
frigus extremitatum. Et quando est cum eo sudor
plurimus. Et quandoque continuatur ipsum febris
incipiens cum levitate deinde acuitur et fit
fortis cum vehementia doloris. Difficultas autem
urine et guttatio et retentio stercoris cum in
coitu sine alio est signum in quo cadit durities.
Et flegmon quidem si ulcerata est apparet pus
non equale habens sordem. Et est sordes secundum plurimum
mali coloris niger. et quandoque est rubea et viridis et raro
fit alba. Et currit ex eo humiditas acuta et virulen
ta perveniens ad mordicationem fetidam. Et quandoque currit
sanguis purus propter illud quod accidit illi de corrosione.
ita ut estimetur quod illud fit menstrua. Et quandoque cur
rit res cum qua sedatur febris et sedatur dolor. Et quando
associantur ei signa apostematis calidi et non est curatio.

Apostema quidem durum. oportet ut — Curationes
medicetur et evacuetur cum eo corpus ablutioni
bus grossis et melius. Et administrentur unguenta sicut
diaquilon. et ex basilicon. quod fit ex bdellio et adi
pe anseris et medulla cervi et butiro omnium. factum
cerotum cum oleo de lilio et in galbano anacardino et
oleo anetino. et oleo camomillino et oleo de fenugre
co et oleo de keiri. et oleo de alcanna. et oleo de alstho
en. et sit cera eius cera citrina. Et quando ponitur in
eo intellige omnia. et si necesse est ut sit fortius isto
ponatur in eo castoreum et aloes fungem et coagu
lum leporis et sepum et viros et ruta et alatheen. et
crocus et gluten alimbut et gumma amigdalarum.
Et de unguentis expertis est ut infundantur foli
a papaveris in aqua donec leniantur et terantur cum eis
caseus cum aqua mellis. et fiat ex eis unguentum.
Et administrentur flores vitis cum caseo et aqua mellis
et fiat ex eis unguentum. Et folia caulis et flos eius
convenientia sunt apud me adhuc. Et item si supponatur
sordes auris sicut dicitur confert. Et oportet ut sedeat in
aquis in quibus sunt res lenientes et fiat em
plastrum cum foliis altee recentibus contritis cum gumma
amigdalarum et adipe anseris. Et emplastra facta ex
sansuco et mellilotum et fenugreco et camomilla et
altea. Caue vero oportet ut medicetur cum medicationibus
cum quibus sunt unguenta sedantia. et lubricatione
corporis. et evacuatione sanguinis ex basilica assidu
e et saphena post ipsam in quibusdam horis et coit
cione melius solutione ventris. Et unguentum arasul
est expertus in ulceribus in eo et sedat dolorem eius
Et quando fortior fit dolor intende ex parte in sedatione
doloris medicinas calidas et frigidas similiter ut sis contentus
convenientioribus earum et propter adulceratur. Calide
itaque sedantes dolorem sunt sicut decoctio fenu
greci et similia. Et cerotum factum ex fece olei dimissi
in vase eius ut sumatur de flore eius parum cum cera
citrina quod de foris linitur. Et frigida sunt emplastra facta
de papavere cum coriandro et solatro. et oleo rosa
to et albugine ovi et ex eo quod resolvitur ex plumbo
adiuncto frictum cum aqua coriandri. Et iterum
decoctio lenticularum sumatur et distingetur circa. Et

ideo lac asine et succus arnoglosse conveniunt et sigillatim. Et quando evenit ex vulneratione fluxus sanguinis amisit virtutem ungentis fluxus sanguinis.

Hec egritudo similis est **tempore suffocationis matricis** epilepsie et sincopi cum movetur ex matrice a pueritia ad cerebrum forte cordis et cerebri mediatione velamenti et venis et venarum pulsatilium et quietarum. Quando non sapientium medicorum dixerunt quod non convenit sibi cum ipsa eis comprehendit est quod accidit retentio menstruorum aut spermatis in adolescentibus et viri potentibus in primis cum sint viri potentes et virginibus et viduis. Et sit causa eius quod retinet inde ad frigus secundum plinium et propterea cum accidit in matrice sit sanies et addit ei spissitudo et soliditas frigus aut ad frigus putrefactionem et est parum. Et consequens fiat ex soliditate eius ad quod declinat in complexione sua. Cum ergo inspissatur, unum eorum duorum cum menstrua corrumpitur corruptione predicta et declinat ad venenositatem et accidunt due species egritudinis. Quarum una est egritudo confractionis que in primis consequitur matricem quare spasmatur et contrahitur in primis ad superiora cum ante et retro et ad latus dextrum et sinistrum secundum obedientiam matricis retentione inveniens et non inveniens meatum immo dilatat venas et spasmat eas cum dilatatione que dolorem facit. Et quando spargitur in substantia matricis et mordificat eam deinde contrahit eam. Cum spargitur in ipsa vero aperiat ipsam deinde corrugat ipsam. Quare additur malitia. Aut provocat super ipsam menstrua alia que non inveniens curam suam producit ad nocumentum in membris principalibus ultra nocumentum primum. Et quando contrahitur cum apertis cum malicia complexionis in primis. Et quando antecedit contractio cum apertis aut malicie complexionis ex frigiditate. Quare accidit oppilatio oris matricis et orificiorum venarum deinde accidit retentio. Et similiter due declinationes ad latera. Et secunda est egritudo matricis cum eo quod facit procedere materiam retentam ad duo membra principalia ex vapore malo venenoso que accidit res sicut epilepsia et sincopis. Et quoniam hec egritudo fortior est sincopi propterea tunc antecedit sincopis sicut debilius antecedit fortius.

Et que ex eis est menstrualis magis salva est quam spermatica. Sperma enim quamvis sit eius generatio a sanguine et ipse in mulieribus ante conversionem tamen est magis susceptibilis conversionis mala quam sanguis sicut lac generatum a sanguine susceptibilius est conversionis quam sanguis. Et quando ad sunt huius egritudinis paroxismi. Et multotiens accidit in autumpno. Et quando sunt eius paroxismi tardi. Et quando accidit omni die et frequentia eius est parva. Et quando non accidit hoc aliquando propterea cum motus illius sit laboriosus et quando motus matricis tunc est similis ex ceteris dyameris et est gradatus non subitus et est ad inferiora et est oppositum nec et tempus non prodit vapor venenosus ad membra principalia.

Et deterior precipitatio matricis est illa que destruit anhelitum ideo quod apparet quamvis natura sit anhelitus aliquis et fortasse apparet ideo quod est sicut lana carminata suspensa coram anhelante et destruatur sensum et motum et assimilatur mortuo. Et plurimum eius est cum spermatica et cum eius contrario frigida est. Et sequitur eam in difficultate illa que destruit anhelitum. Et minor et levior est in generatione eius que facit accidere spasmum et tetanum et sincopim absque nocumento mentione et sensu. **Signa.** Quando appropinquat paroxismus huius egritudinis accidit desidia et difficultas anhelitus et pulsus … et dolor capitis et … sensus et debilitas … et debilitas ex … et debilitas … et … coloris et alteratio eius cum preparatione fiunt super dispositionem suam. Et quando

accidit ex putrefactione vaporis calidi sicca. Et quando additur in ea accidit febris et permixtio caloris et rubedo faciei et oculi et labii et egrediente ad exteriora. Et quando claudit oculos et non aperit eos et debilitatur anhelitus valde deinde absciditur secundum plinium et ymaginatur egrum egrotare quod aliquid elevet ex pectine eius. Et accidit stridor dentium et percussio eorum et motus inordinatus propter corruptionem lacertorum et alteratur dispositio eius et absciditur loquela et difficile fit intellectus eius quod loquitur. Deinde accidit propterea ex ea que spermatica est eius sincopis et abscisio vocis et attractio crurium ad superiora. Et apparet super corpus eius non contusio immo pruritus. Et quando resolvitur ad vomitum flegmaticum purum et dolorem capitis et dolorem genuum et dorsi et adiungitur et ad expulsionem humiditatis ex matrice. Et quando pervenit ad perplexionem et ad … et ad … dorsi et pectoris. Et pulsus fit in ea in primis tensus spasmosus varius deinde fit frequens absque ordine et propter … vertitur et propinquitatem mortis. Et fit urina similis lotura carnis cum sit sanguine a rubea. Et menstrualem quidem significat retentio menstruorum. Et spermaticam significat elongatio spermatis a coytu cum desiderio et castitate. Et menstrualem quando sequitur exuberatio lactis et corpus est grossum et sensus debiliores et dolores oculorum et colli et febres et accidentia que sequuntur retentionem menstruorum predicta sunt manifestiora. Et cum hoc huiusmodi dominantis in sanguine apparet dominium et malicia sit melior. Ipse enim facit accidere alienationem propter contrarietatem cerebri et sincopim forte propter contrarietatem cordis. Et destruit anhelitum propter contrarietatem amborum simul et propter contrarietatem dyafragmatis. Et flatus est grossior et quietior hec accidentia. Et colericus est acutior et magis inquietus. Spermatica vero incipit cum nocumento anhelitus et magnificatur fortior ideo magis quam in menstruali. Reliqua vero accidentia non apparent ideo. Et multotiens quidem accidit ex hoc quod obstetrix tangit matricem eius spasmosam et commotio desiderium que descendit sperma eius et … et sanatur. Et quando expellitur illud ex obviatione similis ipsius et invenit requiem. Et licet ipsa sit similis epilepsie in pluribus indiciis in hoc quod subito accidit tamen menstruum ipsum et epilepsiam distinguit retentio eius quod elevatur ex matrice et pectine et quod ipse non mutatur valde et semper immo in dispositionibus nec tenuitatibus valde et quando evadit post suffocationem narrat plurimum eius quod fuit in ea nisi sit maxima immoderata et spuma non currit sicut est cursio eius in epilepsia difficili ex toto. Et si currit sedat egritudinem statim et non indiget quod excitet abeat et recitamus ad quod demonstravimus in capitulo epilepsie de difficili. Quando vero mens ipsum et apoplexiam est manifestior et quando non cum sensus non destruatur ideo fit plurimum in egritudine et non fit gemitus. Quando vero mens ipsum et litargiam est quod cum ea non est febris et pulsus est plenus undosus et principium doloris eius incipit et est color diversus alteratus et in litargia est fixus secundum dispositionem unam. **Cura.** Illius quidem esse curam cum est retentio menstruorum oportet ut regatur si non est illic allevatio supra fluxa et cum retentionis non est multitudo humiditatis viscose cum sirupo ex basilicon et ex saphena ad adiuvandum in omni dispositione examinatione provocantium menstrua et ipse suppositorum acutorum mordicantium os matricis et sunt sicut cardomomi et piper. Euforbium vero est valde forte in hoc faciens descendere menstrua statim. Et commodum oris matricis et perunctio eius est conferens ei sive retentio sit menstrualis sive spermatica. Ipsa enim facit de

dinare facit matricem ad inferiora et adequ-
litatem et preparat menstrua ad provocationem. Et
gallia quidem est mirabilis in hoc. Et tunc
in diuturnitatis unctione sunt et pessaria que fiunt
ex bersim et fenugreco et semine lini et sansu-
co et aptano. Et aque empnarum utiles sunt
eis item. Et oportet ut fiat flomia ex basilica-
ptis que sequitur declinationem matricis. Si
autem non declinat ad latus, verum contingit ad
superiora tunc tibi super est ut flomes quamquam
duarum venarum aut ambas. Quod si sensus huius
tactus plurimas tunc amministra cucurbitam eas
sicut est vena rusina et theodoritici. Et item
cum cum flomabis et evacuaveris sanguinem for-
tasse necessarium erit tibi post vii. solvere ventrem
cum yera dyaloquitade et yera pigra. Et
quando erit necessarium ut iteres hoc super eam. Et for-
tasse erit necessarium ut evacues et in potu tribu-
as pillulas de carpsia et pillulas fetidas. Dein-
de ponas ventosas post tres dies super dor-
sum et umbilicum. Et quando super coxas et inguina.
Et similia regimine. Et calefac inferiora
cum fricatione et vaporationibus et unctionibus.
Deinde da in potu quod sit sicut castoreum et mir-
ra cum aqua mellis et sagenea et dyamar-
te et dyapipeon et dyaciminum et sapinum
cum aqua anisi et aqua faseolorum rubeorum.
Et gariofoli iuvativum sunt item. Et de po-
tionibus bonis est ut sumatur cinnamomum quan-
titas galle et detur in potu cum aqua vite
aut aqua decoctionis agni casti. Et agaricum
est valde bonum in hac egritudine cum ponitur cum
vino. Et castoreum quando sanat integre. Et
similiter blacte bizantie. Et similiter squilla aut
acetum eius cum sorbetur aut oximel eius
acetosum. Asosir vero cum ex eo in potu sumitur
est ipsius sanitas. Et item detur in potu pondus
aldechi in vino forti. Et potius oleum de be-
na est valde iuvativum. Et item sumatur
in potu succum foliorum agni casti cum vino
et oleo. Et item sumatur pondus ʒ i. opopo-
nacis et tertia ʒ i. castorei et detur in potu
cum vino est enim iuvamen valde diureticum.
Et de emplastris et vaporationibus que eam subti-
liant sanguinem et faciunt cum colica. Et de sup-
positoriis bonis est sagenee cum oleo delili-
o quantitas avellane. Et suppone collirium
ex aldechi cum vino. Et item sumatur storacis
liquide ʒ iii. pipis thuris amborum ana ʒ i.
adipis anatis ʒ iiii. seminis urtice ʒ iiii.
fiat ex eis licinium et supponatur. Et item
amministretur ex clisteriis et colliriis factis ex e-
is que calefaciunt et provocant et solvunt hu-
mores grossos et resolvunt ventositatem.
Si autem causa eius est retentio spermatis tunc oportet
ut in [illegible] coeat. Et usque ad illam horam oportet
ut utantur evacuatio et exsiccatio spermatis
sicut ruta et calamento et semine alnarij
et ellia diacimino cum eis que sunt similia de
eccho de medicinis. Et oportet ut intromittat
obstetrix manum suam in vulvam eius inunc-
tam oleo de lilio aut nardino aut laurino
et commoveat portam vulve et portam matricis
commotione leni plurima. Et necessarium est ut as-
societur ei cum delectatione dolor et fit sicut
dispositio coitus. Ipsa enim fortasse expellet
sperma frigidum et sanabitur. Et similiter cum sup-
ponuntur res mordicative commotionem facien-
tes sicut sagenea cum oleo laurino. Et
sicut zinziber et piper et cardamomum sunt mira-
biles in hoc. Et cave in hac dispositione que
excitant caliditatem et cura curatione sincopis.
Et confert ad illud et ad accidentia eius mala
confectio nominata confectio iuvamenti qui iuva-
mentum eius est mirabile vehemens. Et

sagenea et metridatum et medicinam de musco
et tiriaca. Et si timetur de medicatione musci
et metridati quamvis sit sciens commotionis sperma-
tis tamen confortatio eorum quia faciunt cordi
et virtuti ad expellendum resistit illi et vincit
ipsum. Et cinnamomum et garofoli mirabilia.

Oportet ut regimen eius cum commovetur sint et
confundatur super caput oleum odoriferum confor-
tativum calefaciens valde sicut oleum nardi-
num aut oleum de ben. Et incipe ad faciendum
commotionem predictam et precipue cum facientibus
pruritum mordicationis et supponantur contraria pre-
dicta provocativa et suppositoria trahentia ma-
tricem ad inferiora sicut gallia et olea odorife-
ra sicut oleum de ben et samlucinum et sicut ole-
um alochen et oleum de folio et reliqua olea
odoriferum acuta ad que declinat matrix
et cum hoc est in eis subtiliatio et provocatio. Et
similiter suffumiga eam subtus cum musco et xilo-
aloe et suffumiga eam cum ipsis positis super
lapides ignitos et line cum chole et algali et
tene anhelitum eius et nares ipsius et move
advositum cum penna intromissa in gutture eius.
Ipsa enim invenit cum vomitu requiem et levita-
tem. Et fac eam sternutare et fac eam odorare
fetida. Et fac adherere inferioribus eius ven-
tosas plurimas trahentes sanguinem et matricem
ad inferiora precipue super embotia et coxas aut
super illud quod est contrarium parti declinationis. Si fuit
declinatio ut trahatur matrix et sanguis ad
inferiora et firma pedes eius fortiter. Et fac
adherere ancas eius et pectine ipsius et
coxas et crura et stringe eas ligaturis a superio-
ribus ad inferiora. Et suffumiget cum eis que sunt
sicut oleum amigdalarum et medicine rubificantes
in quibus fit quod sit sicut euforbium. Et suppo-
ne ano eius sicut ea que solvunt ventositatem
et line sternum item et voca eam et commove. Cum ergo
fiunt ei omnia illa et non redit anhelitus eius tunc
necessarium est ut effundatur oleum fervens super
caput eius aut cauterizetur sinciput eius si non
fuerit excusatio inde. Et quando evadit cum [illegible]
Et cave ne des ei in potu primum quam aqua est
ei convenientior et carnes assatas et ea que adde-
sicant sperma. **Emoroydes et mor et bethor que apparent in matrice et clavi.**

Quandoque eveniunt in matrice emoroydes et
accidit in ea quandoque sicut mor sicut dictum est in
masculis. Et quandoque apparent super eam bothor
duri se quasi quasi dicuntur alasceche qui sunt
similes cum piribus allusee. Et quando sunt albe. Et
quando apparent super eam bothor sicut verruce
ut clavi successione nigra diei et successive
appariturum durum. Et non est possibile ut sanentur
emoroydes nisi que ex eis sunt extra matricem.
Et parum sanantur facte in profundo. Et quando
sequitur illam cum ... menstrua retinentur apparen-
tes emoroydarum in ano suo et in eo quod apparet
de matrice sua tamen separatur ut capiatur et mundi-
ficetur et fit cum eis securitas ab egritudinibus
difficilibus quas faciat menstruorum retentio.
Et possibile est ut appareant emoroydes et similia
illis in speculo cum opponitur cum opponitur vul-
va secundum modum quem diximus in capitulo nigra-
ar. Et cum imprimuntur in speculo non evanescunt quin
aut appareant in hora doloris et est hora termi-
nationis menstruorum eius et videantur rubee dure
aut in hora quietis et videantur decrescentes.
Et hoc est apud cursum eius quod currit ex eis de-
re nigrum sicut fex. **Curationes emoroydarum.**

Iste emoroydes non dolentes in se preter vehe-
mentiam inflationis earum et soliditatis ipsarum
quare oportet ut linquantur et preparentur ad curandum. Quod
si non iuvantur plus et emoroydes non sunt late
ample non est excusatio quin amministretur ferru-

secundum modum quem diximus in administratione eius vomitus autem cum cibis notis. Et illud est cum sunt extra matricem. Cum ergo incidunt ponatur super matricem acatium et alumen et cortex thuris et que sunt similia illis. Cum autem volueris est ut fiat inclinatio mulieris in domo sua et mandatur illud extra ipsam et precipiatur ei ut sublevet pedes suos ad parietem duabus horis et faciant adherere dorso suo et pectini et manu sine pannos infusos in aquis stipticis infrigidatos intus. Et si forsitan sanguis non absciditur pone super pectinem et super dorsum et que sequuntur ipsum ventosas adherentes. Et suppone lanam infusam in aqua decoctionis stipticorum in qua sint dissoluta acatia et ypoquistidos et licium et similia et fiat ut sedeat in aquis stipticis. Et si fiunt emorroydes late ample tunc non laudo res ad incidendum eas sed administra super eas exsiccativa fortia retinentia sanguinem sicut sunt panni infusi succo verbene aut acetose super quos pulverizata sit licium et acatia et similia. Et ligentur extrema eius cum strictura. Et paratur ut dormiat secundum figuram prohibentem illud quod suppositum est. Et urge eam retinere fluxum sanguinis superfluum. Et de lenificatione earum est ut sedeat mulier in aquis in quibus decocta sunt lenificantia sicut altea et camomilla et fenugrecum et semen lini et mellilotum. Et administra super eas ex oleis sicut oleum de pice et de lilio et oleum de mellilotto. Clavi. Excidat bonus eos in decoctione fenugreci et lenificantium cum oleo et supponantur pessaria facta ex ysopo et intro et resina. Caro addita et longitudo albathre et apparitio rei sicut virga et rei no

Quandoque oritur in ore matricis caro nominatur fursis quasi addita. Et quandoque apparet super mulierem res que est sicut virga commovens subveniens. Et quandoque advenit ei ut faciat cum mulieribus simile eius quod fit eis cum quibus coeunt. Et quandoque est illud bathrum magnum. Et fursis quidem est caro addita orta in ore matricis que quandoque prolongatur et quandoque abbreviatur et non prolongatur nisi in estate et abbreviatur in hyeme. Et summa quidem medicorum testificantur illud sicut archigenes et Galenus. Et negat illud medicus. Cura eius.

Urge quidem et albathra cura est incisio post compressionem eius super cineres suas et retinere ventrem eius et incidatur ex profundo et ex radice ut non accidat fluxus sanguinis. Carne non alia fortasse possibile est curare eum cum his corrodentibus carnem de illis que administrantur in corpore suo. Et fortasse non est excisa eo quod incidatur et tunc currit cursus emoroydarum. Et fursis quidem ligatur cum filo ligatura stricta et dimittitur duobus diebus aut tribus. Et fortasse innuitur compressio eius ita donec putrefiat et incidatur ut minore est cursus.

Quandoque aggregatur in aqua in matrice. Sanguis quando aggregatur in matricibus mulierum aqua et propter formatur ea. Signa sunt quod accidit retentio menstruorum et multiplicatur rugitus inveniuntur et precipue cum movetur et ambulat. Et accidit in inferioribus ventris apostema molle. Et quandoque fit sicut ydropica et multiplicatur cursus humiditatis aquose. Et quandoque estimatur quod sit pregnans. Et quandoque est mulier eius ut provocet ab ea aquam plurimam sicco. Curatio eius est ut administret flobotomia si indiget ea et exercitium et ut faciat eam sedere in rebus provocantibus aquositatem fortis provocationis. Et res que administrantur in emplastro ydropisis donec maturet deinde apperimentum ei provocantia menstrua cum fortitudine. Et deinde ipsi provocantia urinam. Et non est malum si clisterizetur clisteribus ydropicorum et cum collyriis provocantibus aquam et menstrua. Et suppositoriis

elleborus albi confert ei et extrahit aquam plurimam.

Quandoque est cum prima in Inflatio in matrice et ventositas eius. Quandoque est ut eveniat inflatio et ventositas in matrice. Percussio autem causa et sicut illud quod debilitat complexionem eius. Et quandoque est difficultatis partus et compressio orificii matricis. Aut frigus sequitur ei superveniens opilationem opilans os matricis coartando ventositatem in concavitate eius aut in concavitate villorum ipsius aut in angulis eius. Et illa que est in concavitate est debilior deinde que est in angulis postea que est in secunditate. Et quandoque fit fortis vehementer. Et sequitur ventositatis in matrice et in villis eius usque quo consequatur dolor extensus ad pectinem et dilatatur in inguinibus et elevatur usque ad coxas et usque ad dyafragma et stomachum et habet vocem sicut est vox timpani et ydropisis tympanitis. Et quandoque est permutabilis et associantur ei punctio et pulsatio et punctura quando vaporationes cum caloribus calefacientibus sequuntur et redit cum reditu frigoris et compressio permutat eam in inguinem et augmentatur cum ea pectinem. Et fortasse remanet huius ventositas spacio multo. Et estimatur quidem quod dominium matricis super sperma resolvit hanc ventositatem quando non sit. Cura. Confert ad hoc potus logodion et sagapenum in aqua modicum et semini post evacuationem materiei facientis illud acore tamarindi cum eis que sunt sicut yera pigra. Et si fit egritudo tunc cum eis que sunt sicut yera archigenis et oleum albelebe iuvamentum est ad hoc valde. Et quandoque supponuntur collyria ex eis que sunt sicut bdellium et xilobalsamum et semen eius cum oleo nardino et oleo de ruta et oleo anetino. Et ponitur quandoque super matricem emplastra facta ex eis que sunt sicut ruta et semen agni casti et ciminum et centaurea et alkekengi et castoreum et anisum et calamentum et cassia et amomum et reliqua sed a. Et quandoque fit ut sedeat in aquis in quibus decocte sunt medicine emplastrorum predictorum. Et quandoque fiunt cum eis calidis. Et quandoque apponuntur pectini et matrici ventose cum

Senit hoc De ventositate matricis signo. eam qui sit res tensa involuta suspensa separationem doloris punctivi. Cura eius. Est ut sumat omni die 3 1 et s. de diamanthe cum una 3 cimini et sexta 3 i. mastici.

Fen xxii de egritudinibus accidentibus in extremitatibus membrorum que est duo tractatus. Tractatus primus de eo quod accidit eis de nocumentis de nominatis et situ et forma.

Oportet ut zirbi et duorum siphac sciatis quod super ventrem post cutem sunt duo panniculi quorum unus nominatur siphac et comprehendit intestina et calefacit ea sua spissitudine et unctuositate et comprehendit lacertos. Et secundus est interior et nominatur ... et nominatur rotundus cum qui singularis fit ab eo quod tegit ipsum est sicut sphera super quam sunt summe et additiones molles et foramina et continuatur desuper velamini et processio eius est de super pectine et est ... et pannicula eius. Et adherent ei duo extremitates ... Deinde continuatur post eos ambos velamini et partibus eius carnosis nutritiones continuatur post continuationem suam cum stomacho et post confirmationem et soliditatem suam. Et illa continuatio est continuatio dilatata. ... continuatur ei est subtilis valde. Et est ei elevatione sua ad stomachum et reflexione sua descendendo ab eo firmitudo cum oppositione vene et arterie magnarum suspensarum cum eo et descendit strictus et fit zirbus. Et currit

E

super ipsum plurimum albuiraceon de sbalak la-
certus dilatatus super uentrem tunica una.
Et forsitan estimatur quod sit pars eius propter conti-
nuitatem eius et similitudinem suam cum eo in uelo-
citate. Cum ergo singularis fit ab eo albeniteros
est sbalis zertus ualde. Et ille est alberi
teron uel. Et sbalinus eius et principium ipsius
est apud epiglottalem et ortum panniculi in
tiseri costarum ex hoc panniculo. Et iuua-
mentum huius siphac est replere quod est inter lacer-
tos uentris et intestina et stringere loca et prohibere
superfluitates ne cadant in locis uacuis cum
adiutorio diafragmatis quod est post ipsum et
comprimere posterius intestina et uiscera circa
euacuationem superfluitatum cum prima sunt ad
expellendum quod intus est de fece et aqua
ydropisis et urina et prohibere inflationem ue-
hementem et ligat uiscera ligamento forti. Et
est in dorso sicut res una et lateri omnes po-
sterius super carnem glandosam cum obtinuerit
eis et uenis magnis et meatibus continuatis
inter intestina et stomachum. ¶ Quidam uero dixerunt non
protinus sit ut dicatur quod in siphac sint genera uel
lorum extra corpus sint prius nostris ullorum
qui sunt in istis ubi cutim tertium naturalium. Et isti
quidem non est possibile ut dicant istud in tunicis
uenarum et uesice et matricis nisi de aliquo pan-
niculorum quod est corpus singulare. Et isti duo ue-
lamina continua sunt uiscerum continuatis in
ferioris. Cumque peruenerunt ad pectinem fiunt
in eis duo foramina secta cum ipsa ambo sunt
perque cum sit laterale dextrum et sinistrum in eis in-
separabilia donec fiant sicut due kistes duo-
rum. Et sbal duobus uelaminibus est zirbus. Et
zirbus quidem est compositum ex duobus panniculis
quorum unus cooperit alium inter quos sunt arterie
quarum plurime et uene pauciores eis. Et figura eius
